



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 42. Constantis Fata. Constantinus Pogonatus Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

tora, ubi Cæsar morabatur, in patriam redituro Papa duas tradidit Epistolas commendatitias, unam ad Vaanum Cubicularium & Chartularium Imperatoris, alteram ad Georgium Episcopum Syracusanum. Prima 27. Jan. 668. Indictione undecima data est.

Sæculum VII
A. C. 668.

ep. 2. 4.

§. XLII.

Constantis Fata. Constantinus Pogonatus Imperator.

Constans Imperator jam toto quadriennio Syracusis versatus subjectos sibi populos, innumeris exactionibus tam agrorum possessores secundum tabulas, quas habebat, quam ceteros habitatores imposito censu viritim præstando vexabat. Nec illi exempti, qui rem maritimam curabant. A maritis uxores, a parentibus liberi abstraherantur, nemo ab injusta vi satis securus degebat. Vasa Sacra & Ecclesiarum thesauri diripiebantur. Tandem decimo quinto Julii, hujus anni 668. Indictione undecima cum Imperator Syracusis Balneum, quod *Daphne* vocabant, esset ingressus, Andreas Troili filius Principem quasi obsequii causa secutus, corpus saponem odorato purgantem capiti situlam ter quaterque impingit, effugitque. Tum postquam foris excubantibus mora nimis longa visa est,

Anast. in
Vital.

Theoph. an.
27. p. 292.

Sæculum VII est, intrant, & Imperatorem in balneo
 A.C. 668. exanimem vident. Hic Constantis Im-
 peratoris, anno Regni sui vigesimo se-
 ptimo, exitus fuit. Ipsi corpore terra
 mandato, Syracusis quidam Armenus spe-
 ctabili corporis habitu, cui nomen Me-
 zizi, seu Mezzeti, Imperator proclama-
 tur; sed Constantinus Constantis filius
 primogenitus, accepto de morte paren-
 tis sui nuncio, Constantinopoli cum
 Classe in Siciliam adveniens, Mezetum
 captum, ceterosque parentis sui percus-
 sores capite plectit. Tum rebus in Oc-
 cidente compositis Constantinopolim
 reversus cum duobus Fratribus Tiberio
 & Heraclio imperavit. Hic Constanti-
 nus Pogonatus appellatus est, quod im-
 berbibus Constantinopoli profectus cum
 barba rediisset. Ceterum regnavit an-
 nis septendecim.

Sup. n. 16.
Theoph. an.
10. p. 289.
Niceph. Chr.
Conc. 6. Act.
14. p. 964.
Theoph. an.
1. p. 193. &c.
& an. 5. p.
294.

Interim Constantinopoli novus Pa-
 triarcha Sedem tenebat; nam Petrus,
 postquam sedisset annis duodecim & se-
 ptem mensibus, anno 660. fatis functus
 Successorem habuit Thomam Diaconum
 & Chartophilacem seu Tabularii Ecclesie
 Constantinopolitane Custodem, qui an-
 nis duobus & mensibus septem Episco-
 patum obtinuit. Scripsit, ut mos erat,
 Epistolam Synodicam ad Vitalianum Pa-
 pam; sed eam ob continuos sub ejus Pon-
 tificatu Saracenorum incurfus mittere
 non

non potuit. Hi primo Constantini re-
gnantis anno irruptione in Africam facta Sæculum VII
A. C. 668,
octoginta millia hominum in captivita-
tem abstraxerunt, & anno sequente Cy-
zicum occuparunt, unde ipsam Civita-
tem Constantinopolitanam laceſſebant.

Illa tempeſtate quiſpiam, Callinicus
nomine, ignem Græcum, qui ſub unda
ardebat, ad conſumendas Saracenorū
naves invenit.

§. XI. III.

S. Theodorus Cantuarienſis.

Vitalianus Papa virum quærens di-
gnum, qui Archipræſulatu in Anglia
emineret, ex Monasterio Niridano pro-
pe Neapolim Adrianum Abbatem in Afri-
ca natum, virum in ſacris litteris doctis-
ſimum in Diſciplina Monastica & Eccle-
ſiaſtica exercitum, & præterea linguæ
græcæ & latinæ gnarum accerſivit. A-
drianus reſpondit, ſe quidem tanto ho-
nore eſſe indignum, ſed notum ſibi eſſe
virum, quem Doctrina & ætas ad ſuſci-
piendum Episcopatum ſe magis idoneum
faceret. Fuit is Monachus, nomine An-
dreas, quem omnes, qui eum noverant,
dignum quidem cenſuerunt; at infirmi-
tates corporis obſtabant, quo minus tan-
tum onus ſubire poſſet. Ergo iterum A-
drianum urgent, ut Munus acceptaret.

*Bed. IV. hiſt.
6. 1.*

Sup. n. 7.

Hiſt. Eccleſ. Tom. IX.

X

Ille